

IN EPISTOLAM PAVLI

Evangeliō filij: quāuis superius patris illud esse dixisset. quod sanè nequaquam debet mirum uideri. quæ enim sunt patris. & filij sunt: & quæ sunt filij. & patris erūt. Quod eo inquit: ut ostendat sibi necessariū esse. ut hanc p̄ eis curā suscipiat. Nā qui semel Euangeliū administrationē accepit: p̄ omnibus ut studiū impendat & curā. oportet. qui uerū excepérint.

* Obscurans si quo modo tandem aliquando prosperū iter habeam in uoluntate dei. uenīdi ad uos.) Nunc caußam adiçit. cur illorū memoriam habeat: ad uos scilicet. inquit. ut ueniam. Attende quanto illos honore prosequēbatur. quos usifere. & deo uolente. maturaret. Nos uero uel adſicimur nemini: uel si quē forte amamus. præter dei id agimus uoluntatē. Paulus uero ex ingenti quadā charitate. spectare illos affidūo precabat. Quod aut̄ id omne dei arbitrio subieciſt. eius modeſtiam præferebat. Quocirca & nos. quū nil preceſdo conſequimur. haud quaquam id agrē feramus. Neq; enim Paulo sumus nos potiores. qui pro carnis stimulo. & libidinū incituiſ. quū tertio iam domino ſupplicafſet. nequaquam tuoti compoſ effeſt. id enim illi conduceſt uidebatur.

* Vt aliquid uobis impertiar gratia ſpiritalis.) Solent plaric̄ rei alterius gratia peregrinē proficiſci. ipſe uero ego ſum ad uos profeſturus. ut aliquid uobis impertiar. Id ſanē modeſtē locutus eſt. neq; enim ut uos inſtruam. dixi: ſed quod ipſe accepit. uobis impertiar. Quodcumq; enim in diſcipulorū commođum præceptor impertit. muneris loco habendū eſt. Quinetiam & noſtræ uirtutes uelut dona. ſunt opis diuina egenita.

* Ad conſirmandos uos: id eſt. conſolari in uobis per eam. qua inuicē eſt. fidem uestrā. ac meam.) Tacitē arguit non mediocri hos indigere correſtione: quod tamen ſi apertius explicaret. admodum illis moleſtū foret. Dicerēt em̄: quid inquit? num ipſi uel loco moti ſumus. uel longius iter emenſi. te adiuuimus ſupplices: uel tua opera indigemus. ut obſir- memur in ſide? Ad hāc Paulus ſubinde id modeſtē dicit: Cauffā mea ad uos profectionis eſt quidem futura. ut memetipſum ac uos tandem conſoler. qui multis eſtis adfecti moleſtis. Quocirca uifendū uos mihi inceſtū cupidō. ut ſolamen duntaxat adferrem moerenti- bus. uel potius. ut ipſe conſolatione adſiceret. Id quidem erat in utriusq; cōmodum haud dubiſe conceſſurum. Nam ut ſolent ſeruita. dum inter ſe congregantur. plurimū recreari. ſic & fideles malis multis & grauoribus afflītati. mutua adhortatione alleuātur. Quæret alioq;: Num Paulus horum uel ſolamine. uel ſocietate indiguit? Nequaquam. Verum idē aiebat. ne acerbiorē epiftolam redderet: neve ut illos. ut diximus. faccelleret. unde ſe inquit opus habere. ut ab his conſoletur. Qz ſi quis hoc loco cōſolationem lāticiā dixerit. & eam præcipue qua ex illorum adaucta fide ſucepta ſit. eandēq; Paulo affirmet ne- ceſſariam. reſē dixerit. Quod utiq; ex eo perſpicuum eſt. quod poſtmodo ſubdit: Per eam qua adiuuicē eſt. fidem uestrā ac meam. Perinde ac ſi dicat: ipſe uero. quandoquidem uela ſtrā mihi ſpectata eſt. fides. & conſolabor. & adſiciar iocunditate. uos uero per meā con- ſirmabimini. ex his conſolatione accepta. in quibus fortasse ob animi puſillanimitatē. nutabundi eſtis & labantes. quod tamē nec palam aperit. ſed. ut dictum eſt. tacitē inſert.

* Nolo autem uos ignorare fratres. quia ſapē propoſui uenire ad uos: & prohibitus ſum uſq; adhuc.) Quoniam ſuperius dixerat. Obſcro ſi quo modo ad uos iter habere queā: poſ- ſet. nec iniuria. quispicā eū hoc pacto cōmonēfacere: Si em̄ ipſe & uotis & precibus ſapē depoſcis. & hos conſolari. & te conſolationis huicſe facere non expertem: quid impedit quominus conuenire hos queas? Id ſanē. inquit. quia Dei iuſſu prohibeſt. Videſ quā ille non proſrus cauſam diuīnā huius inhibitionis conquirat: ſed pareſt. nil hāſtans. Dei im- periorum inſtruſturus. ne curioſis quā Deus geſſerit. exquiramus. Aperit itaq; R homa- nis. nec ſegnicie ſe. nec eorum cōtempu quodam teneri: quin iter ſtatim ad eos arrípiat. adeoq; ſe illorum flagrare beneuolentia. ut quantum in ſe ſit. neq; coercitus. quoq; pacto abſiſtar. quin iterum atq; iterum proficiſci ad eos tentaret.

Non eſſe curioſis quā Deus geſſerit. exquiramus. Aperit itaq; R homa- nis. nec ſegnicie ſe. nec eorum cōtempu quodam teneri: quin iter ſtatim ad eos arrípiat. adeoq; ſe illorum flagrare beneuolentia. ut quantum in ſe ſit. neq; coercitus. quoq; pacto abſiſtar. quin iterum atq; iterum proficiſci ad eos tentaret.

Ciuitas Rhomana non inſignis & conſpicua. * Vt aliquid fructum habeam in uobis. ſicut & in cæteris gentib;.) Quum enim inſi- gnis eſſet & cōſpicua ciuitas Rhomanorum. uniuersiſq; ob admirationem & gloriam ad eam confluenter: ne quis Paulum crederet uifenda urbis cupiditate. qui & cæteri. duci. ſic inquit: Eam ob cauſam adire uos cupiebam. ut fructum aliquē conſequar. Soluit præ- terea occurſuram forte ſuſpitionē. Dicit alioq;: Eapropter ipſe detenus es. quia pro Dei uoluntate haud quaquam R homam contendere animo tuo inſederat. Eoq; id ſubdit: ut fru- ctum (inquiens) reſerrem. Neq; enim aperte uel prædicandi. uel inſtruſi gratia. ſe acceſſurum dixit: ſed moderatius agens. ut fructum alſequar. intulit: quemadmodum & illud ſuperius: ut gratiam uobis impertiar. frānādi autem hos gratia. & corrigendi. ſicut & in cæteris gentib; dixit. Proinde id inquit: Neq; enim & ſi uobis ſit terrarum orbis impe- rium,